



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Instrvctio R. P. Bartholomæi Riccii Societatis Iesv
Theologi De Modo Recte Meditandi De Rebus Divinis**

Ricci, Bartolomeo

Mogvntiæ, 1605

[Prooemivm.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59608)



TRACTATUS VIII.
DE VARIIS MEDITA-
TIONVM FORMIS.

PROOEMIUM.



TIAM SI existimem ha-
ctenus me sponsioni meae
fecisse satis, & in tractati-
bus secundae partis sufficien-
tia documenta ad Medita-
tionem rectè instituendam tradidisse, ta-
men quoniam visum est multo facilorem
posse reddi hoc sanctum exercitium vsur-
pandi rationem, si formula quaedam vel ex-
empla meditandi, addatur, quibus practicè
documentorum dictorum vsus ostendatur,
non dubitavi hanc quoque suscipere provin-
ciam, quam confido instar certae cuiusdam
manuductionis fore ad intelligendum, &
facilius perdiscendum hoc exercitium, i-

Q uia

Witaborg³ industriam padotriba, qui ut puerum doceat recte formare litteras, primum ei ob oculos ponit scriptiois paradigma, tum calamum digitis eius inserit, manuq³ sua cum eius manu coniuncta primas litteras ducit, quas ille solus deinde perficiat, & sic tandem artem scribendi condiscat.

ET quoniam, meo iudicio ad tria capita revocari possunt omnia Meditationum argumenta. Primo breviter delibanda est rei historia. Secundo, perpendenda sunt verba eo ordine, quo habentur in Evangelio. Tertium, ex utroque est conflatum, hoc est, ut puncta certa excerpantur, licet meditanda quoque sint verba que intra unum, alterumq³ punctum intercedunt. Et hoc melius est reliquis, quia fructus utriusq³ exolumentis, nempe distinctione, quam continet primum, que plurimum confert ad facilitatem, & observationes à sanctis datas retinendas. Atq³ hoc usurpavit B. P. noster IGNATIVS
in Ex-

in Exercitiorum spiritualium libro. Exemplum formabo vtriusque capitis. Ceterum, quia infanti facilius redditur māducatio v. c. pomi si in partes, & buccellulas diuidatur, necesse est, vt tyronibus in hac quoq; materia consulamus, & quam distinctissime singula exponamus quæ ad recte meditandū pertinent. Et quauis in quavis historia ordinariè inueniantur personæ & verba, atq; actiones consideranda, tamen maioris facilitatis causa, vnum exemplum proponā meditationis circa personas, alterum circa verba, & tertium circa actiones. Ac deinde ternas alias, quæ dictas tres partes comprehendant, ac primam quidem in Puneta abstracta. Secundam in textum, & tertiā, vti dixi, in vtrasq; Pro complemento deniq; huius tractatus adiciam & vnā de applicatione sensuum, vt huius quoq; meditandi formula & exemplar extet. Ac quoniam multi recitant multas orationes vocales, vt clerici, & religiosi, qui partim diuinū quotidie officiū

Q 2 perle-

perlegunt, partim, vt sacerdotes, sacrifici-
um missa peragunt, vel aliàs orationes, vt
reliqui omnes, dicunt: adiungam etiam
formulam de iis meditandi, quæ maximè
iuuabit vt attentè, & cum deuotionis sen-
su dicta preces instituantur. Meditatio si-
quidem in intellectu notitiam, & in vo-
luntate pium affectum, ac spiritalem dul-
cedinem gignit. Vnde quando vocaliter a-
lia preces recitantur, excitatur quasi in-
telligentia & affectus, quem in meditatio-
ne sensimus, & ipsa preces deuotè dicuntur.

OCCVRRIT & aliud, vt finem mo-
nendi faciam, etsi verum sit, sermonem
vocalem originem ducere ab intellectu, &
idcirco illi propriè tanquam suo fonti at-
tribui: (quid enim est aliud ratiocinatio
vocalis, nisi discursus intellectusore expref-
sus?) tamen pro pleniore clarioreq; intelli-
gentia in dictis formulis meditandi etiam
loquendi munus tribuemus & memoria,
& voluntati, ac etiam sensibus, quando
aliquid in meditatione agent.

EX.